

14<sup>th</sup> X<sup>mas</sup> 1782.  
Abbotto D. Jacobi Gottmann  
a Priorat<sup>us</sup> de Westons<sup>is</sup> et  
Instituto de Westons<sup>is</sup> et  
D. Thomas Rogant<sup>is</sup> prof<sup>is</sup> et  
Societ<sup>is</sup> de Address<sup>is</sup>.

fr. Hilarion H. Vobis in Ch. Patribus Conventualibus D. Diestensis.  
Salutem et pacem ab eo qui formam servi accipiens semetipsum  
exinanivit.

Quantum ad Adversarius noster, qui rugiens quærit quem devoret,  
adversus nonnullos Vestrum grassatus fuerit, tum ex Patrum  
Commissariorum relatione, tum ex nuperâ quatuor apostatarum  
criminali fugâ, ad gemitum et lacrymas usque didicimus. —  
Ese autem in hac nostrâ sollicitudinis parte aliquid neglexisse  
coram tremendo iudice argui mereamur, promptum ac idoneum  
tot malis ~~et~~ remedium adhibere cupientes, tenore  
presentium H. v. blem Patrem D. Jacobum Hootmans  
<sup>ad suam instanciam et</sup> propter senium à Prioratu domus vestre diestensis  
absolvimus, et eadem auctoritate, v. blem Patrem domnum  
Thomam Bogaert, profertum ac Procuratorem D. Lodiensis  
in Priorem vobis præficimus; Mandantes omnibus Personis  
ordinis in præfata domo diestensi degentibus ut illi tanquam  
legitimo suo superiori obedientiam exhibeant et reverentiam.  
Et Prior absolutus exerceat officium <sup>2.º ad ut omni</sup> ~~Carthusiæ~~ in ead. Patris H.  
Novo vero Priori commendamus in vicariis Christi ut  
omnes <sup>in præfata</sup> libérales contra monasticam professionem et statuta  
ordinis subintroductas penitus eradice indefesse labores;  
vigilet igitur et attendat Gregi sibi commisso, ne oves quas  
Christus sui sanguinis pretio acquisivit, pereant, sed potius  
ut omnes in uno vocationis suæ Spiritu ambulantes, secum  
ad æternæ hereditatis bravium perducere valeat. —  
Quem in finem tam pastori quam Gregi opulentum de  
Cælis apprecamus auxilium. Datum Cartusie  
sub sigillato et sigillo Conventus die 14. X<sup>bris</sup> 1782.

infract